



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 37. Perkini conjux capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Secul. XV. portune sese recepit, nihilominus cum
A.C. 1498. uterum gestasset, Regis plurimum inte-
 rerat, ut eam suæ potestati subjectam te-
 neret, ne forte superstes filius commen-
 titia Patris sui jura resuscitare posset.

§. XXXVII.

Perkini conjux capta.

*Bacon. in
 hist. Regni
 Henr. VII.*

Ergo Rex missis satellitibus Perkini con-
 jugem capi, atque ad se adduci ju-
 bet; hi nemine obnitente ad locum, quo
 illa confugerat, perveniunt, eamque de
 Mariti sui fato, quod illa adhuc ignora-
 bat, edoctam, ad Henricum Regem de-
 ducunt. Illa in querulam vocem nulla-
 tenus erumpens, omni obsequiorum ge-
 nere excepta est, utpote Scotiæ Regi
 sanguine juncta. Eximia illius venustas
 totam Regiam in admirationem rapuit,
 ipse quoque Henricus illam vix conspe-
 ctam amore profecutus a pluribus Histori-
 cis dicitur; ne vero Rex quodam ami-
 citiæ vinculo, quod regiam Majestatem
 minus deceret, ab illa constringeretur,
 eandem Westmonasterium ad Reginam
 abduci, eamque congruis Principissæ ho-
 noribus haberi præcepit, constituta ei-
 dem copiosa etiam ex ærario Regio pen-
 sione, ut dignitatis suæ gradum tueri
 posset, Verbo, in aula Henrici VII. me-
 ritis suis congruam sortita fuisset fortu-
 nam,

nam, si moderatori affectu Marito suo Sæcul. XV. A. C. 1498.
 qui tamen ejus amore indignus erat, ad-
 hæssisset. Eadem communi Aulicorum
 proloquio nuncupabatur *ROSA CAN-*
DIDA, hanc prærogativam emerita,
 tam propria formæ elegantia, quam ad-
 scitatio Mariti sui nomine, quo illum Vi-
 dua Burgundiæ Ducissa appellare con-
 sueverat.

§. XXXVIII.

*Perkinus e turri elapsus, clandestina
 ejus consilia, illiusque sup-
 plicium.*

Interea Perkinus elusa excubitorum so-
 lertia, quamvis hæc jussu Regis ad-
 modum particularis esset, e custodia el-
 bendi opportunitatem nactus est. Buchan. re- rum Scot. lib. 13. Li. Polyd. Virg. hist. Angl. l. 14.
 bertati redditus, primas eo curas inten-
 dit, ut mox Cantium sese recipere vale-
 ret, spe fretus, se cujusdam navis benefi-
 cio secure regno excessurum. Verum
 comprehendi veritus, satius habuit ad
 monasterium, quod Bethleem vocant, asy-
 li jure munitum confugere, sinistros ta-
 men sui ipsius fato; quippe hujus asce-
 terii Præfectus de Perkinii adventu Re-
 gem edocuit, seque eundem protinus
 traditurum pollicitus est, ea tamen lege,
 ut illi vitæ venia concederetur. Condi-
 tioni annuit Rex: Perkinus igitur ex a-
 sylo